

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sermones "Dormi secure" de tempore

Johannes <de Werdena>

[Reutlingen], um 1483

[Sermones XXI (in passione) - XXX]

[urn:nbn:de:bsz:31-311751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-311751)

Tu pmisisti mihi qm̄ deus daret mihi
 filiū q̄ tu velles eijcere ancillā ⁊ filiū
 ei⁹ qz fili⁹ ancille nō debet esse heres
 cū filio libere tūc abraā dixit ad ancil
 lā tolle filiū tuū ⁊ vade d̄ domo mea
 et dedit ei cibaria p̄ via. Que iuit in
 desertū et voluit ire in egiptum et er
 rauit in deserto et nō habuit aquam
 nec aliquid ad bibendū p̄ tridū Itā
 fuit desperata p̄pter penuriā aque q̄
 voluit relinquere filiū ibi sub arboze
 et recedere. sed puer clamabat post
 matrē. et mota sunt māterna viscera
 et reuersa ad puerū et lacrimata est ⁊
 leuauit oculos ad deū et orauit. Tūc
 misit angelū suū qui eduxit eā ad fon
 tem in deserto et ibi habitauit ad mul
 tos annos et fili⁹ accepit vxorem de
 egipto et creuit in gentē magnā ⁊ isti
 dicebant israhelites et isti semp̄ p̄seq̄
 bantur filios abrae qui fuerunt veri
 heredes: Et iō dicit apls. in hac epla
 Ita ⁊ nūc ois iust⁹ ⁊ penitēs est ve
 rus heres sed. iust⁹ et boni veri he
 redes a spurijis. i. a pessimis p̄sequun
 tur. sed veniet hora i die iudicij q̄ an
 cilla et filius eius eijcient. i. corpus ⁊
 aia ad desertū eterne damnatōis vbi
 sustinet sitim ⁊ nō habent aquā mie ⁊
 verus heres iust⁹ et penitens manet
 in hereditate p̄ris. liberi sum⁹ qua li
 bertate xpc nos liberauit. i. dō ois hō
 qui est sine peccato est liber et heres
 et ois peccator expellit. i. dō ois iust⁹
 et penitēs si p̄sequit subleuet oculos
 suos ad dñm deū nostrū et liberabit
 eū. Quarto dico q̄ debemus oculos
 subleuare ad deū velut tristes in glo
 latozem in quē gaudeam⁹ vt ostēdit
 introitus misse Letare hierusalē ⁊ cō
 uentū facite om̄es qui diligitis eā. et

ista leticia venit ex antiqua lege. quia
 hierusalē fuit destructa postea reedifi
 cata et post captiuitatē reuocauit ne
 emias omnē populū dispersum ⁊ ait
 verbū p̄allegatum. Letare iherim. Ita
 sancti p̄res hodie in roma vbi est ma
 ter toci⁹ eccie ⁊ magna leticia sp̄ualis
 qz celebrat papa missam in eccia que
 dicit̄ s̄bo sanctā crucem in hierusalē
 et post missam habet rosam de auro
 in quā infundit vinū cū balsamo ⁊ bi
 bit. ⁊ tūc nobiles romani sedent ante
 ecclesiā in equis p̄ciosis ornati vestī/
 mētis et nobiliozi romano quē videt
 inter eos tribuit hāc rosam qui bibit
 et tribuit alijs et cū letitia equitant p̄
 totā ciuitatē et hoc inuenerūt sancti
 p̄res qz sicut ecclesia iam est in medio
 quadragesime dēt p̄ solacium sp̄uale
 recreari. vt ait poeta Interpone tu/
 is interdū gaudia curis. Vinū et bal
 samū significat xpm̄ deū et hominē fi
 lium et sp̄m̄ sanctū et aurum deū pa
 trem. Ita tres psone in vno sicut au
 rum vinū et balsamus ergo letemur
 hodie ⁊ ois tristes leuet oculos ad de
 um vt ipm̄ consolet. ergo ad thema.
 Lum subleuasset oculos iesus ⁊c.

Dominica in passio
 ne. Sermo: xxi.

Iesus aut̄ abscondit se Joh. viij. Nos
 videmus qm̄ aqua abundās transit
 in angusto meatu sepe ex abundātia
 excedit suū meatū. ⁊ si in vno obstrui
 tur in alio loco querit exitū. Ita sp̄i
 tualiter homo plenus om̄ni malitia
 et dolo sepe confundit̄ a iusto. et si in
 vno cōfunditur et vincit p̄ veritatē
 querit aliam excusatiōem. et si iterū

Sermo.

vincit tunc violenter inuadit iustum
 Ira maligni iudei pleni omni dolo
 et inuidia fuerit p xpm sepe victi et
 consuli et tunc aliam excusationem et in
 uentionem inuenerit sed xpm vince
 re no potuerit. ideo violenter in ipm
 irruere voluerit sed ipse sciebat tpus
 qm pati pro nobis debuit et illud ad
 huc no venit ideo abscondit se vt ptz
 in euangelio hodierno. In illo tpe
 Dicebat iesus turbis iudeoz et prin
 cipibz sacerdotu. Quis ex vobis ar
 guet me de peccato. si veritatem dico
 vobis quare no creditis mihi. qui ex
 deo est verba dei audit. ppter ea vos
 no auditis qz ex deo no estis respon
 derit iudei et dixerit ei. Rone bene
 dicimus nos qz samaritanus es tu et
 demoniu habes respondit iesus. ego
 demoniu no habeo sed honorifico pa
 trem meum et vos inhonorastis me.
 Ego aut no quero gloriam mea est q
 querit et iudicet. Amen dico vobis.
 si quis sermonem meum seruauerit mor
 tem no videbit in eternu. dixerit ergo
 iudei. Nunc scimus qz demoniu hes
 abraam mortu? est et pphete et tu di
 cis. Si quis sermonem meum seruauerit
 mortem no gustabit i eternu nunqz
 tu maior es patre nostro abraam qui
 mortuus est et pphete mortui sunt.
 que temetipm facis respondit iesus.
 Si ego glorifico meipm gloria mea
 nihil est. est pater meus qui glorificat
 me que vos dicitis qz de? vester est.
 et no cognouistis eum. ego aut noui
 eum. et si dixerio qz nescio eum ero si
 milis vobis mendax. sed scio eum et
 sermonem eius seruo. Abraam pater
 vester exultauit vt videret diem me
 um. vidit et gaudis est. dixerit ergo

xxi.

ad eum. quinquaginta annos no du
 habes et abraam vidisti. Dixit eis ie
 sus. Amen amen dico vobis anteqz
 abraam fieret ego sum: Tulerit ergo
 lapides vt iaceret in eum. Iesus aut
 abscondit se et exiit de templo ic.
 Quo ad thema Iesus autem abscon
 dit se. Nota qz quattuor sunt abscon
 dita a nobis que nullus homo perfe
 cte scire potest in hac vita sed aliqua
 ex illis sunt aliquibus sanctis reuela
 ta de speciali gratia. sed naturaliter
 nullus homo qualitercuqz sanctus
 fuerit scire potest. Primum est hora
 mortis. secundu dies vltionis. tertiu
 est pena damnationis. quartu est glo
 ria electionis. Primum quod a nobis
 est absconditum quod nos ignoram?
 naturaliter est hora mortis vn Eccle
 siastes. Nescit homo finem suum. et
 alibi. Nemo scit vtrum amore dign?
 sit vel odio. quia nihil certius morte
 et nihil incertius hora mortis. Item
 Job dicit. Quis abscondita est via
 mortis et hora. et circudet eum dies
 tenebrositatis. Si enim homines co
 siderarent qz incertissima est illa hora
 vtiqz se prepararent. Nam qm homo
 est iturus de vna ciuitate i. i. aliam et
 ibi mansurus est tria facit. Prio oia
 debita cum debitoribus planat. Ita
 et nos quia non habemus hic manem
 tem ciuitatem sedm paulum sed futu
 ram inquirim? et nos oportet ire ad
 aliam ciuitatem siue velimus siue no
 limus et nescimus quando. ideo de
 bemus quotidie planare omnia no
 stra debita cum deo et proximo.
 Secdo prouidet de viaru periculis
 vtz vie sint tute z si n sunt tute acci
 pit pductorē ita z via aie cu egredie
 e. iij.

nō est tuta sed latronibus vñdiq; ob
fessa Si em̄ dyaboli latrones inqui/
rebant et insidiabantur de via anime
xp̄i quando eam emisit in cruce q̄nto
magis insidiant homi peccatori mo/
riēti in mille peccatis Ideo debem⁹
in hac vita eā facere tutā per elemosi
narū largitionē tūc elemosina ducit
cum cōductu angelico animā p viā
tutam ad ciuitatē futuram vbi eterna
liter est mansura. Tercio videm⁹ q
homo exiens ad aliam regionē puidē
tiam facit vnde viuat in ciuitate futu
ra: ita et nos Quā scdm̄ Johem Dpa
illozū sequunt illos Ideo sapiens p
ponit nobis parua animalia que pro
uidētia faciūt et dicit. Piger vade
ad fornicā et disce ab ea prudentiam
que colligit in estate vñ viuat in hie/
me Ita apis colligit mel ⁊ laborat in
estate nō requiescens vt inde viuat
in hieme et illa est intentio apis sed
homo supflua rapit. et ideo homines
peccant qui apibus totū laborē sub
trahunt vt moriant in hieme. et pro
pter hoc dī Job. xxi. Clade ad iumen
ta ⁊ docent te hanc puidētiam ex quo
horam mortis ignoram⁹ que abscon
dita est nobis. Legimus exemplū q
erat quidā rex potens habēs i regno
suo aduocatū quem improuise voca
uit et deposuit et in exilium misit et
ibi maximā miserā sustinuit. tandem
aliū constituit et ei fecit similiter. sed
tercius constituit in loco prouisionē
fecit et multa alia bona collegit et in
aliam ciuitatē occulte transmisit Dū
igitur dñs illum similiter sicut alios
deposuit. ille letus ad exiliū alie ciui/
tatis transiuit. q̄r ibi sciuit vnde viue
re honorifice potuit. Ita deus pater

cōstituit nos suos iaduocatos in hoc
mundo nobis cōmisit corp⁹ et aiām
⁊ res temporales ⁊ multos deposuit
improuise ideo nos debem⁹ facere sa
pienter vt mittam⁹ multa bona opa
ad futurā ciuitatē vnde viuamus ho
norifice eternaliter. Scdm̄ qd a no/
bis est absconditū est dies extremi iu
dicij. vnde ait Math. xxviii. De illo
die nemo scit neq; angeli neq; hoīes
neq; electi. iō p̄monet saluator dicens.
Vigilate ergo qz nescitis neq; horas
scz extremi iudicij Ideo vigilādū ergo
docent nos parua animalia. que vigilāt
qz damnū ignorant ⁊ p̄cipue quattu
or animalia. Primū est passer in tecto.
vñ ait David ps. Vigilaui sic passer
solitari⁹. Passer qñ habet oua ⁊ pul
los semp vigilat. ne nixus improuise
veniat et pullos suos et ipm rapiat.
Ita et nos vigilare debem⁹ ne xp̄us
veniat et ad iudicium nos improuise
rapiat. Secundū animal est pauo. nam
quādo dormit de nocte tunc quādo
euigilat cito clamat. quia timet q ali/
quis veniat et ipm improuise rapiat.
Tercium animal est grus. vnde di/
cunt naturales q quando grues vo
lant de nocte sedentes custodes stan
do ad vigilandum ponunt ne lopus
improuise veniat et damna eis infe/
rat. Ita et nos debem⁹ semp stare
in custodia ad vigilandum in bonis
operibus. ne lopus id est dyabolus
nos improuise rapiat et ad iudicium
pertrahat. Quartum animal est phi
lomena que vigilat in nocte ⁊ cantat
et nō manet diu in vno ramo sed de
ramo in ramū volat ne buso ascēdat
et un. p̄uise apprehēdat et damnū infe
rat Ita ⁊ nos debem⁹ ramos v̄tutū

Sermo.

ascendere deū laudare et in virtutibus
vigilare ne bufo malaz tentationum
nos apprehendat et improuise ad iu-
diciū pertrahat. Ideo dico q̄ illa dies
extremi iudicij est a nobis abscondi-
ta. ideo debemus quotidie vigilare
et ire de virtute in virtutem. Tercū
q̄ a nobis est absconsum est pena in
fernalis eu eterne damnatiōis quā
mali nō considerāt. Unde ait dñs in
euangelio Luc. Videns deus ciuita-
tem fleuit sup illam et ait: Quia si co-
gnouisses et tu bene feres que modo
abscondita sunt ab oculis tuis. q̄ ve-
nient dies in te q̄ inimici tui vñdīq̄
circū dabunt te. vñdē ait illud idē de
reprobis qui nō p̄siderant penā eter-
ne damnatiōis. Quē em̄ peccator pec-
cat mortaliter tūc infernus aperit os
suū cōtra eum et deuoret eum. et nisi
misericordia et paciētia dei peccato-
rem expectaret ip̄m viuū cū corpe et
anima deuoraret. In diuina legim⁹ figu-
ram iij. Regū. Absolon filius regis
david habuit duos seruos qui ip̄m of-
fendebāt fortiter p̄pter q̄d misit alios
seruos et iussit illos duos interfici sed
ip̄i fugerūt et in deserto in quodā pu-
teo se absconderūt. et mulier quedā
velamen expandit sup puteū et ibi la-
tuerūt quousq̄ querentes recesserūt
et tandem ira filij regis placata est et
ad gratiā puenerūt. Ita spūaliter d̄s
pater in deitate habet filiū ielūm qui
dicitur filius regis altissimi qui satis est
mitis sup seruos suos. i. fideles. s̄ q̄n
ip̄m nimīū offendūt tūc interdū mit-
tit angelos vt peccatores occidant.
tunc peccator recognoscens se offen-
disse deū debet se abscondere in fon-
te penitētie et ibi ieiunare et orare tūc

xiiij

misericordia dei expandit velamen
protectiōis quousq̄ ira dei placatur
et recipiat peccatores in gr̄as ne eter-
naliter cōdemnent. et ideo patet q̄
ira dei et pena est a nobis abscondita
ideo penitētiā agam⁹ eā vt euadam⁹
Quartum q̄ a nobis est absconditū
est electio beatorū sed tūc post mortē
et in vltimo iudicio clare manifestabi-
tur. Unde ait Sapiens. Stabunt in
sui in magna constātia aduersus illos
in die iudicij qui eos hic tribulauerūt:
et dicent impij. Et quō cōputati sunt
inter fideles dei et inter sanctos. Hi
em̄ sunt quos aliquñ habuimus in de-
risum sed tale gaudiū est a nobis mō
absconditū ita q̄ nullus scit vtz dign⁹
sit. vñdē in ps̄. q̄ magna multitudo
dulcedinis tue quā abscondisti timē-
tibus te: Quis autē ad tale gaudium
sit assumendus in die iudicij hoc ab-
sconditum est a nobis. Nam videm⁹
q̄ multi boni cadūt in peccatū morta-
le et in eo moriunt. et multi mali resur-
gunt et ad statum bonū cōuertuntur
et ergo finis est complementū boni-
tatis. et tū p̄ tria signa pōt cognosci
quis debeat ad gaudiū sempiternum
assumi et eligi. Prīmū signū est dei ca-
stigatio et cum homo paciēter sustinet
vñdē ait Salomō iij. Ego vos cogno-
ui ex omnib⁹ nationibus terre et id-
circo visitabo sup vos omnes iniqui-
tates vestras vt possim vos assume-
re ad gl̄as. Sap. xvi. In breui turba-
ti habētes signum salutis. Secundū
signū est omnis delectatio vt quādo
delectat in bono proximi et ip̄m dili-
git propter deum. vñdē ait Job. In
hoc cognoscet filij dī ad gl̄as mōi si dili-
gam⁹ fr̄es et q̄n diligit manet i morte

Sermo

Tercium signū ad gaudiū eligendū est peccati drestatio vt habeat horrorem peccatorū in cōscientia et cum viderit alios peccare q̄ sibi multum displiceat. vñ dicit in ps̄: Perfecto odio oderam illos inimici facti sunt mihi. per hec tria signa cognoscit̄ lumen ad gloriā et ideo querit dauid in ps̄. Quis ascendet in montē domini aut quis stabit in loco sancto eius. Innocens manibus et mundo corde qui nō accepit inuaniū animam suā. ideo ista quattuor sunt nobis abscondita dies mortis. dies iudicij. quis dammandus aut quis ad gloriā assumendus: et ergo ad thema Iesus abscondit se rē.

Dominica palmarū
Sermo. xxij.

Ecce filie syon. ecce rex tuus venit tibi Math. xxi. Nota q̄ apud antiquos facta et p̄bitates solebāt laudari et hoc p̄pter tres causas. Primo vt ip̄s de suis p̄bitatib⁹ gratiaz actio exhiberet. vñ Bregio. Non est dignus de dandis qui non reddit grates de datis. Secdo vt laudatores in posterū reddant. vnde ait Poeta. Virtus laudata crescit et hoc patet de dauid. i. Reg. qñ ip̄e fecit victoriā cōtra goliā omnis popul⁹ ip̄m laudabat et rex posuit eum super equum suū et duxit eum per totam ciuitatem in regalibus vestibus et mulieres et pueri clamabant. Saul percussit mille et dauid decē milia in milibus suis. Tertio vt alios ad similia opa virtuosa valeant excitare. vt patet q̄ troiani laudabāt herculē militem fortissimū q̄ multa bona eis fecit p̄o

xxij

eis pugnando. Ideo romani laudabant pompeium cuius imaginem exere exererūt et in multis honorauerūt p̄pter beneficia que ab ip̄o acceperūt et scdm hoc iudei a xp̄o multas virtutes et mirabilia audierūt et viderūt Nam cecos illuminauit mortuos suscitauit. leprosos mūdauit. infirmos curauit. et ideo teste conscientia eorū ludēs et honores impendere sibi voluerūt. et hoc patet in hoc euangelio qd̄ hodie legimus ante passionem et passionē et scribitur Math. xxi. Cum appropinquasset iesus hierosolimis in die palmarū de mane et venisset bethsage ad villam que fuit in monte oliueti in pede montis. tunc misit duos de discipulis suis dicens. Ite in castellum qd̄ contra vos est. hierusalem vocauit castellū et non ciuitatem: q̄ ciuitas apud antiquos fuit libera. sed ip̄i libertatem p̄pter peccata p̄diderūt et ideo dixit Ite in castellum et statim inuenietis asinam alligatam et paruulum cū ea. Asinum habebant p̄pter paupes qui non habebant equos vel mulos vel p̄rios asinos. Nam ciuitas erat in monte sita et paupes qui habebāt opus acceperūt asinam vel equā et lignū duxerūt et dederūt sibi ad comedendū et ad locū cōmunem ip̄m ligauerūt dixit ergo eis. Ite soluite et adducite mihi si quis vobis dixerit quare soluitis dicite. Dominus his op̄is habet et confesam dimittet vos. Hoc aut̄ totum factū est vt adimpleretur qd̄ dicitur est p̄ prophetam Isaiam dicentē: Dicite filie syon ecce rex tuus venit tibi māfuetus sedens sup asinā et filii eius subiugalem p̄pter humilitatem.

Sermo.

Euntes autē discipuli fecerūt sicut p̄ceperat eis iesus et adduxerūt asinā et pullum .i. paruulum ⁊ imposuerūt sup eos uestimenta sua et eum desup sedere fecerūt. Plurima autē turba strauerūt uestimenta sua in via qui uenerāt de alijs ciuitatibus propter festum solenne. et multa bona de iesu nazareno audierūt et ideo hoc fecerūt alij autē cedebant ramos de arborib⁹ et sternebant in via Turbe autē que p̄cedebant et que sequebant clamabāt cantando. Osanna .i. salua nos fili dauid regis nostri. benedic⁹ qui uenit in nomine dñi. Ex his uerbis est sciendū q̄ turba hodie xpm honorauit in quattuor. Primo in uestimētis prosternendo. Secdo in ramis p̄iciēdo. Tercio in florib⁹ portādo. Quarto in benedicendo. ita ⁊ nos debem⁹ hodie xpm honorare. primo in uestimētis penitētie et dilectōis. secdo in ramis palmarū et oliuarū. tercio in floribus uirtutum ⁊ exultatōis. quarto in laude benedictōis. Primo dico sic q̄ unusquisq; nostrū hodie debet xpm honorare in uestimētis penitētie et dilectōis. Nam de uestimento penitētie legimus in scolastica hystoria qm̄ aliqua mulier fuit apprehensa in fornicatiōe tūc aliquib⁹ faciebant gratiā et aliquas scdm̄ p̄ceptum lapidabant. sed ille mulieres quibus fuit facta gr̄a portabāt uestimenta scissa ⁊ totum corpus cū capite uelabant. et ista uestimēta erāt nigra et ex utraq; pte pendebant. manifeste usq; ad terram ⁊ ita uelate erāt i facie q̄ uis uideri poterāt gressum uiaz. Ita aia que peccauit mortaliter est adultera apud deū cui ē despōsata i baptismo

fr̄ij.

per anulum fidei. unde sentētia damnationis et mortis eterne est ianua a deo prolata. vñ Ezech. Anima que peccauerit mortaliter ip̄a morietur. Debet igitur talis anima d̄ bona uoluntate se castigare et accipere in corde uestimētū penitētie nigrū in hūilitate et scindere p̄ amaritudinē cōtricionis. Vñ ait Jobel. Scindite corda uestra et nō uestimenta uīa et uelate om̄es sensus corpis uestri sc̄z uisum auditum gustum tactū et odora t̄ in ne in illis amplius offendas creatorem tuū. Cum igitur accipis hūilitatem in recordatiōe peccatorū tuorū impendis honorem xpo. et restituet tibi gr̄am quā amisisti. ut ait Ezech. Anima que reuersa est de uia sua mala ip̄a uiuet et nō morietur p̄ lapidatiōem eterne pene. Secda uestis in q̄ debemus xpo obuiare est dilectionis et ista uestis est uiridis. unde legim⁹ q̄ romani depinxerūt dilectiōem ad modū iuuenis cū uiridi uestimento et facie lata et capite erecto. in cuius fronte scriptū erat aureis literis. Hiems et estas. latus eius apertū erat ⁊ in corde scriptū aureis literis. longe et prope. in fimbrijs uestimenti aureis literis. uita et mors. Ita spiritualiter imago fuit depicta ad modū iuuenis pulcherrimi. q̄ dilectio semp debz esse quasi florens iuuentus et nunq; senescere. unde ait Sapiens. Ne de relinquo amicum in necessitate ita homo diligens deū. deū debet in proximo diligere sibi in necessitate subueniendo. Itē in fronte nanq; erat scriptum literis aureis. hiems ⁊ estas. in signū q̄ uerus amicus in dilectiōe uera nō dimittit illum quē amat i hieme

Sermo.

aduersitatis et in estate prosperitatis /
ita et nos xpm debemus diligere in
aduersitate et prosperitate. Unde ait
Job. Si bona suscepimus de manu
domini. mala autem quare non sustinea-
mus. Item in corde fuit scriptum lon-
ge et prope aureis literis in signum qui
diligit se quam prope est diligat eum si lo-
ge est. sed multi diligunt in facie dum
sunt prope. sed longe id est a tergo de-
trahunt. Unde Poeta. Qui mel in
ore gerit et me retro pungere querit.
Eius amicitiam nolo mihi sociam. Itē
latius eius apertum est in signum. quod qui di-
ligit debet suo dilecto suum cor semp
reuelare. ita et nos debemus xpo cor
nostrum in contritione et confessione reue-
lare sicut vero dilecto qui nos diligit
vnde ait Job. in apoc. Qui dilexit
nos et lauit nos a peccatis in sangui-
ne suo Item in simbrina vestimenti eius
fuit scriptum aureis literis vita et mors
in signum quod qui veraciter diligit diligit
in vita et in morte quod patet de maria
magdalena que xpm dilexit et in domo
pharisei vixit et lacrimis pedes lauit
et crinibus tersit ad quam xpc ait Di-
missa sunt tibi peccata multa vni mul-
tum dilexisti et sicut ipse in vita dilexit
ita et in morte diligenter in signum di-
lectionis quesivit. et sic patet quod xpm de-
bemus hodie honorare in duplici ve-
ste videlicet penitentie et dilectionis.
Secundo dico quod xpm debemus hodie in
ramis arborum honorare. percipiendo ad
pedes eius. due arbores proponunt in
euangelio scilicet oliua et palma. oliua si-
gnificat misericordiam. qui enim miseri-
coris est floret sicut oliua vnde com-
munitat sapientia misericordem hominibus.
Quali oliua speciosa in campis. nam

Frj.

oliua semp retinet suum virorem tam
in hieme quam in estate. ita misericors
floret hic in gratia et in futuro in gloria
Et legimus quod salo. fecit portas templi
illem doliua quam illem templum edificauit
domino in signum quod quicumque voluerit
ire ad portam templi celestis iherusa-
lem oportet ipsum esse misericordem in
hac vita: ergo omnis misericors ho-
norat hodie xpm portans ramum oli-
ue in manibus sicut columba quam noe
emissit de arca portauit ramum oliue vi-
rentibus folijs. vt habet Beatus. viij.
Ita misericors tempe inundationis
aquare. i. tribulationum in die iudicij
recipiet a xpo letanter. quia hic ipsum ho-
norauit in misericordia. Secunda arbor
ponitur in euangelio de cuius ramis per-
tulerunt. i. palma. Palma significat
vitam bonam et honestam. vnde ait aia
in Cantu. Ascendat in palmam et apprehendat
fructus eius hec palma habet
ramos multos: habet ramum paciencie
habet ramum obedientie. habet ramum
dilectionis et constantie habet ramum pe-
nitentie. habet ramum castitatis. Cum
ramo obedientie honorauit deum abraham
qui voluit deo obedire et proprium fili-
um occidere et deo offerre. vt patet
in Beatus. Cum ramo paciencie hono-
rauit deum iob. Qui omnia perdidit tamen pa-
cienter dixit. Dominus dedit dominus abstulit
sicut domino placuit ita factum est sit nomen
domini benedictum. Cum ramo dilectionis
honorauerunt xpm discipuli qui mor-
tem pro eo sustinuerunt. Cum ramo con-
stantie sancti martires xpm honoraue-
runt vt patet de martirio martiri de
sancto stephano laurentio. Cum ra-
mo penitentie honorauerunt xpm sancti
coessores. qui ieiunauerunt orauerunt

tum cilicijis corpa afflixerunt ppter
 deū. Cum ramo castitatis honoraue
 runt xpm sancte virgines que ppter
 xpm virginis filiiū virginitatem vsqz
 ad mortem seruauerūt. Datet ergo
 qd turba xpm honorauit cum ramis
 de oliua et de palma. ita et nos de mi
 sericordia .i. oliua et palma. .i. vita bo
 na. Tertio debemus xpm cum turba
 honorare cū virtutū floribus. quia
 ipse est flos virginitatis. vt ipse ait in
 Lanti. Ego flos campi et lilium cōualli
 um Sed hodie quattuor genera aīa
 lium inhonorant xpm florem virtu
 tum cū quattuor malis floribus. Pā
 ipochrite inhonorant eū flore q̄ cre
 scit in scirpo: De quo ait Job. Quid
 quid pōt viuere scirpus .i. beise sine
 humore aut carectum .i. schnitgraf
 sine aqua cum ipse sit in flore nec pōt
 manu carpi et ante omnes flores cre
 scit. scirpus exterius viret et interius
 vacuus. ita ipochrita floret mūdō et
 nō deo. qz sua opera facit hominib?
 Intyenda Non pōt in flore manu car
 pi qz nō pōt ipochrita argui quin stat
 impacientis: et ideo sunt quasi flores
 depicti qui a pparent et tñ nihil sunt.
 De quo legim? .iij. Reg. v. Fecit salo
 mon in domo domini flores depingi
 qui splendebāt sed tñ quasi nihil erāt
 Secundi qui hodie obuiant xpo flo
 ri cum floribus carnalis delectatiōis
 seu dilectiōis sunt lasciu. De quibus
 Isaie. dicit Omnis caro fenū et omnis
 gloria eius quasi flos fenū erit: abitur
 Fenū tempe mortis et flos eius dele
 ctatiōis decidit. vnde dixerūt impij
 deū nō cognoscentes Sap. ij. Non
 ptereat nos flos tempis coronemus
 nos rosis anteq̄ marcescant. Tercij

137
 qui hodie xpm inhonorant cū malis
 florib? terrene cupiditatis sunt aua
 ri. Unde Jacob? Glorietur aut hō
 in sua pietate Nam orit sol iusticie in
 die mortis et in die iudicij cum ardo
 re diuine vltionis et cadit flos auari
 tie. Quarti qui hodie virgineū florē
 inhonorant sunt supbi. De quib? ait
 Hier. lxxij. Date moab florem sup
 bie qz florens egredietur improuise
 sicut flos qui cadit ante temp? . ita su
 perbus homo cadit ex improuiso de
 flore sue supbie in profundū lacus for
 nacis. vnde legit de nabuchodono
 sor i libro Daniel. iij. qz nabuchodo
 nosor rex in supbia sua deambulauit
 in pallatio suo et exaltatus in supbia
 ait intra se Ego nabuchodonosor edi
 ficauit mihi ciuitatem babilonie inde
 corem regni mei et florem fortitudis
 mee. et ppter hoc elect? est de regno
 velut qui deicitur de stipite in terrā
 et conculcat. Ita accidit hodie mul
 tis quoz cor elenatur in supbia et flo
 rent in fortitudine corporis et tpe mor
 tis pijcitur flos talis in sterquiliniū
 eterne mortis. et sic obuiant domio
 quattuor genera hominū hodie cum
 quattuor malis floribus vt ypochri
 te luxuriosi auari et supbi. Quarto
 dico qd turba hodie honorauit xpm i
 laude exultatiōis cantādo. Benedi
 ctus qui venit in nomine dñi. vt p̄t
 in euangelio. Turbe que sequebant
 et que p̄cedebāt clamabāt. benedicet
 qui venit in noie dñi. Ipse est benedi
 ctus qz venit ad nos omnes suos
 fideles benedicēdo. hic p gratiā et in
 futuro p gloriam. Ipse em erat ille de
 quo p̄dixit pater ad abraam ante ad
 uentum xpi quindecim centū annoz

Sermo.

et ultra In semine tuo benedicentur
omnes tribus terre. Nam propter
peccata hominū terra fuit maledicta
sed p̄ xpm̄ benedicta vt patet Ben̄: i.
Maledicta terra in ope tuo et idō hō
natus de terra nutritus d̄ terra incur
rebat eandē maledictionē: ⁊ ideo illd̄
verificando sp̄s sancto inspirate cla/
mabant Osanna. i. salua nos a male
dictōe qz benedictiōem dare voluit
omnib⁹ iustis. et maledictiōem oib⁹
malis. vt patet Ben̄. vbi legimus qz pa
triarca iacob habuit duodecim fili/
os qui accesserūt ad patrem vt accipe
rent ab eo benedictiōem. quib⁹ oib⁹
benedixit preter dan cui maledixit di
cens Fiat dan quasi coluber ⁊ serpens
venenosus mordens et hoc propter
suam malitiā: qz parentes nō honora
uit. Ita sp̄ualiter cum omnes filij dei
in die iudicij accedūt ad patrē glorie
vt accipiant benedictiōem celestem
tūc omnes benedicet p̄ter peccatorē
qui deū nō honorauit. nec ipm̄ laudat
⁊ illum maledicet. ideo cum turba de
bemus xpm̄ honorare. et benedictus
qui venit in nomine dñi. decantare
vt cum omnibus electis in die iudicij
valeamus ad benedicēdū stare ergo
quo ad thema. Dicite filie syon ecce
rex tuus venit: occurre ei cum vesti
mentis penitētie et dilectionis cū flo
rib⁹ virtutum cum ramis misericor/
die et pietatis et canticis leticie et be
nedictiōis vt nos benedicat hic et in
futuro. amen.]

In cena domini
Sermo. xxiij.]

Exij

Templū dedit vobis vt qz
admodū ego feci ita et vos
faciatis. Job. xij. Nos vi/
demus qñ aliquis bonus et fidelis
amicus ab amico debet recedere solet
sibi aliqd̄ clenodiū relinquere vt p̄
recessum habeat de eo cogitare. ita
xpc̄ dñs noster q̄ venit ad nos tanq̄
amicus ad amicu nos visitare vt ait
in ps̄. Quia visitauit nos oriens ex
alco. Volēs a suis amicis de hoc mū
do recedere exemplū sue memorie vo
luit nobis hic relinquere vt ait in ps̄
Memoriā fecit mirabilium suoz mi/
sericors et miserator: dñs et de hoc ti
tit in euāgelio. Ante diē festum
pasche sciens iesus qz venit hora ei⁹
vt transeat ex hoc mundo ad patrem
cum dilexisset suos sanctos. discipulos
vsqz in finem dilexit eos qui secū erāt
in hoc mundo fecit cenam hodie suis
discipulis dilectis apostolis. et cena
facta cū iam dyabolus misisset in cor
symonis schariottis iude vt traderet
eū principibus sacerdotū pro trigin
ta argēteis et hoc fecit heri scz i quar
ta feria. et propterea mlti hoīes quar
ta feria non comedūt carnes eo qz ca
ro xpi vendita fuit quarta feria. Sei
ens autē iesus qz omnia dedit ei pater
in manus. et qz exiit a deo et ad deū
vadit in ascensioe surrexit a cena vo/
lēs nobis dare exemplū humilitatis
ponit vestimēta sua. i. supiozem tuni
cam que fuit sicut vestimētū pegri/
norū. Dicunt aliqui et subdunt illam
tunicam quā habuit tunicā esse incō/
sutilem et illam supiozem eruit et po
suit de se ⁊ lintheo vel manutergio p̄
cinxit se et misit aquam in peluim quā
hospes tradidit eis ab lauandū ma/

Sermo¹

nus et cepit lauare pedes discipulorum
 et extergere lintheo quo erat precin-
 ctus Venit ergo ad symonem petrum
 ad lauandum sicut alios iam lauit et di-
 xit petrus retrahendo pedes. et ego
 non sum dignus respondit dominus et dixit
 Quod ego facio tu nescis modo. scis
 es autem postea tunc dicam tibi quare
 ego facio. dicit ei petrus Domine tu
 non lauabis mihi pedes in eternum. i-
 nunquam. respondit dominus. Si non lauero
 te hic per gratiam non habebis mecum in parte
 in regno eterno. tunc extendit petrus
 pedes et ait. Domine non tantum laua mihi
 pedes. sed et manus et caput ut ma-
 gnam partem habeam tecum. dicit ei iesus
 Qui lotus est non indiget nisi ut pe-
 des lauet sed est mundus totus. et vos
 mundi estis sed non omnes. et hoc di-
 xit propter iudam quia sciuit quod iam tra-
 didit eum et ideo ait. Non estis mundi
 omnes. Postquam lauit pedes eorum acce-
 pit vestimenta et cum sedebat iuxta di-
 scipulos ad mensam que fuit rotunda.
 dixit eis. Scitis quid fecerim vobis
 quare laui vestros pedes dixit. Non
 dixit Vos vocatis me magister et do-
 mine et bene dicitis sum etiam si ego
 laui vestros pedes magister et dominus. et
 vos debetis alter alterius lauare pe-
 des. Exemplum enim humilitatis. in hoc
 ostendit vobis quem ad modum ego feci
 vobis et vos faciatis. Nota quod christus
 nobis hodie dedit quattuor exempla
 Primo exemplum dilectionis. secundo ex-
 emplum mundicie in lauando. Tertio
 exemplum humilitatis in ministrando
 Quarto exemplum vocacionis in predicando
 Primo christus dedit nobis exemplum
 mundicie in lauando. nam ipse est mun-
 dus non nullum immundum vult habere

Frij

in suum consortium. Unde psalmus. ambulans
 in via immaculata hic mihi ministra-
 bat Debemus igitur antequam corpus christi
 in cena altaris accipiamus a quattuor
 maculis lauari. Primo a maculis male
 cogitationis debemus cor nostrum
 lauare. Unde ait Isaias. Lauamini
 mundi estote auferte malum cogi-
 tationum vestrarum ab oculis meis: nam
 cogitatio mala denigrat auras sicut ca-
 dela album parietem quis non cobu-
 rit murum album tamen maculat. ita mala
 cogitatio ideo debemus animam lauare.
 unde Gregorius: quis macula venialis pec-
 cati cogitationis non separat a deo. tamen
 retardat et si in ista vita non abluatur
 per aquam contritionis oportet ut in purga-
 torio lauet. sed tamen cogitatio mala quam
 homo statim resistit non est peccatum
 sed meritum. Unde maximus in ser-
 mone quociens resistit toties corona
 beris. Gregorius. Cogitatio quantumcumque
 mala mentem non polluit: si ratio huma-
 na non consentit. Secundo debemus nos
 lauare ab immundiciis male operacionis
 ut ait Isidorus. Laua a malitia cor tuum
 nam macula male operacionis maculat
 cor et delet faciem anime. Sicut videmus
 quod imago depicta ad parietem interdum
 ita maculat quod non potest videri. ita
 operatio mala maculat faciem anime:
 et ideo sacerdos antequam accedat ad al-
 tare primo lauat manus et ante eleua-
 tionem et consecrationem lauat solum di-
 gitos quibus tractat hostiam. in signum
 quod quilibet accedens ad sacramentum
 debet se lauare a peccatis omnibus tam
 venialibus quam mortalibus. Unde legimus
 figuram in libro Regum. quod oza sacerdos
 accessit ad templum et tetigit arcam in
 qua fuit tabula moysi quam dominus sibi

Sermo.

dedit in monte Sinai cum decem preceptis
 et virga Aaron que floruit contra natu-
 ram. et manna et immediate percussus
 est a domino et accessit ante arcam et ma-
 nus eius aruerunt et iudei assignant ra-
 tionem quod dominus ita percussit eum quod in parte
 nocte dormiuit cum propria uxore. et sic
 accessit immundus. Ecce si dominus percussit
 illum qui arcam tetigit immundus. cum
 propria uxore dormiendo. quanto
 magis percuet illos in futuro iudicio
 qui accedunt cum multis malis operati-
 onibus. sed tamen deus hodie misericors
 est et super hoc non debemus peccare:
 Tertio debemus nos lavare a malis
 locutionibus. et quidquid ore pecca-
 uimus scilicet detractio. Nam detracto-
 res inuidiosi assimilant canibus. Mat.
 23. Nolite sanctum dare canibus. Quar-
 to debemus nos lavare antequam acceda-
 mus a peccatis intentionis. unde david
 in psalmo: petens dominum dicit. Lava me ab
 iniusticia mea et super niuem dealbabor.
 Et ideo figuram legimus in Exodo:
 quod moyses fecit lauatoarium ante taber-
 naculum de ere et superius specula magis
 ut intrantes tabernaculum inspiceret
 specula magna utrum in eis aliqua ma-
 cula essent ut illas delerent ita et nos
 antequam aia exeat de domo corporis et an-
 tequam vadat ad altissimum montem debet
 se in speculo scilicet christo mundare. et in aqua
 contritionis lavare. ideo exemplum
 mundicie accipiamus hodie a christo ergo
 voluit pedes discipulis lavare etc.
 Secundo debemus a christo accipere ex-
 emplum dilectionis quod ostendit in ce-
 nando. Unde in hac cena reliquit no-
 bis memoriam sue dilectionis in altissi-
 mo sacramento quod hodie consecrauit
 dicens. Accipite et comedite. hoc est

xiiij.

corpus meum. Nam in sacramento isto
 est quadamplex dignitas que in hostia
 sunt manifesta. in hostia est albedo. quod
 debet esse ex puro tritico. in signum quod
 accedens debet esse in virtute castita-
 tis. Item in hostia rotunditas que si-
 gnificat diuinitatem quod sicut rotundum
 non habet principium neque finem. Sic
 deitas que est sub sacramento sic etiam
 in aia sub corpore quantum enim corpus
 ledit et corpus comedit tamen aia inui-
 sibilis et impalpabilis est ita deitas sub
 hostia. Item in hostia est imago christi.
 in signum quod digne sumens in corpus
 christi imprimitur. sicut corpus amantis
 cum amato. Unde ait apostolus. in eandem
 imaginem transformamur de claritate
 in claritatem. Item in hostia est descri-
 ptio literarum. in signum quod qui digne ac-
 cipit scribitur ad librum eterne vite. Unde
 ait dominus discipulis digne sumentibus
 Gaudete quod nomina vestra scripta sunt
 in libro vite. Et sic patet quod hodie a christo
 recipimus exemplum dilectionis in ce-
 nando ubi nobis reliquit suum corpus
 et sanguinem in memoriam passionis. Ter-
 cio christus nobis hodie dedit exemplum
 humilitatis in ministrando. unde ait
 Mat. 23. Discite a me quod mitis sum
 et humilis corde. Quomodo autem hu-
 milius posset homini seruire quam pedes
 lavare. Unde Gregorius. Non potest esse
 maior humilitas quam quod pedes discipu-
 lorum lauit. unde petrus post ascensio-
 nem domini suis discipulis semper pedes
 lauit. Et ex recordatione christi humilita-
 tis semper amare fleuit. Huiusmodi ex-
 emplum humilitatis in lotionem pedum est
 nobis non solum in christo. sed in antiquis
 viris iustis et humilibus ostensum. Unde
 legimus figuram. Genes. 24. De?

Sermo.

pater ante incarnationem xpi ad duo milia annorum pbavit obedientiam abrae et perfectus inuentus est. Post hoc voluit probare suam humilitatem et misit tres angelos ad ipsum in specie hominum ambulatum quasi essent fessi ex itinere petentes officium. quos abraham lete suscipiens dixit eis. Requiescite sub arbore que stabat ante domum et lauent pedes vestri. et statim pedes eorum lauit et dixit ad uxorem suam. Elade cito affer tria sata farine et fac panem ut hi comedant. Ita spiritualiter exemplum humilitatis non solum in christo sed etiam in antiquis patribus sanctis et iustis nobis est ostensum. Nam christus secundum humanitatem est de semine abrae. ut patet in euangelio matthaei Liber generationis etc. Qualis pater talis filius. non enim fuit necesse angelis lauare pedes sed solum in exemplum humilitatis debet ergo anima deuota antequam ad altissimum accedat sacramentum primo sub arbore requiescere. Arbores illa est crux sancta et lauare ibi pedes id est affectus cum lacrimis. et tunc dicat christus ad sacerdotem. Affer tria sata farine et fac inde panem ut talis reficiat. Tria sunt in sacramento scilicet diuinitas caro et anima. Et sic anima prius in humilitate lota accedat ergo christus antequam apostolis debet corpus pedes lauit. quia nullus super accedat. Quarto dico quod christus dedit nobis hodie exemplum uocationis in secretorum reuelatione. et predicatione. Reuelauit eis tria secreta. nam videmus in naturalibus quod sunt pauci domini qui sua secreta reuelant seruis suis. sed christus dixit ad discipulos. Nam vos non dicam seruos sed amicos quia seruus nescit quod faciat suus dominus. sed ego quasi amicus

xxij.

reuelo vobis et predico tria secreta. Primo mortem meam quod exiui a patre et veni in mundum. et iterum relinquo mundum et vado ad patrem. Item ego animam meam pono pro vobis nam hodie tradar in manus peccatorum in mortem et vnus vestrum me tradet ex hoc ceperunt trisari. Tunc ait tristitia impleuit cor vestrum. sed expediat vobis ut ego vadam vobis parare locum. et vestra tristitia vertet in gaudium. Secundo predixit eis secretum et velut amicis suam pernam remunerationem ne desperaret dicens. Vos autem sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel: quia ipsi credere noluerunt quibus signa diuersa viderunt. Tercio dixit eis eorum dispersionem. unde dixit eis scriptum est. Percutiam pastorem et dispergemur oues gregis. Huius autem dispersionis et secretorum reuelationis legimus figuram. in Regum. xix. quezabel domina regis iudeorum pessima erat. misitque nuncios et iussit interficere prophetas domini. eo quod dixerunt veritatem. Tunc helias fugit in desertum et requieuit sub ianipero et petiuit ut moreretur. et obdormiuit ibi in amaritudine anime sue. venit ergo angelus domini portans sibi panem et aquam. et suscitauit eum dicens surge et comede. grandis tibi restat via. quod surgens comedit et bibit et ambulauit in fortitudine cibi illius usque ad montem domini. et ibi dominus secreta sua reuelauit sibi quod vellet in breui in curru igneo eum in paradysum per angelos ducere et ibi usque ad diem iudicii naturaliter viuere. et tunc antequam deberet predicare. Ita spiritualiter christus predixit suis discipulis tristitiam et cibauit eos pane vite. et secreta eis reuelauit ut per illas

Sermo:

secretorum reuelationes eos confortaret
ita et nos debemus facere dum enim iu
stus homo fugit mortem anime pro peccati
detestationem. et requiescit sub iunipe
ro penitentie. quia iuniperus est acutus
et exccatus diuina inspiratione debet
surgere ex peccati pigritatione. et resi
ci pane celesti. et potari aqua tribula
tionis et lacrimarum effusionis: et in for
titudine illius cibi pueniet ad montem
dei vite eterne sicut sancti apostoli. Mon
tem in qua beneplacitum est deo habi
tare in eo ut dicit Ps. De isto pane
celico quo hodie apostoli fuerunt re
creati. ait bernardus Sancte panis qui nos
semper reficis et nunquam in te deficis qui
comedis quotidie et integer semper
manes illumina me conforta me san
ctifica me vas cordis mei de malicia
euacua et illud reple dei gratia Ergo
quo ad thema Exemplum dedi vobis.

Sequitur sermo de passione domini qui
collegetur ex libro Jacobi de voragine

De passione domini

Sermo. xxiiij.

Sciens iesus quia iam omnia con
sumata sunt ut consumere
tur scriptura. dixit Sicio illi ergo spem
giam plenam aceto ysope circumponen
tes obtulerunt ori eius. Cum ergo ac
cepisset iesus acetum. dixit consummatum
est: et inclinato capite tradidit spiritum.
Joh. xiv. Christus in vita sua iudeis dede
rat multa documenta exhibuerat mul
ta sanctitatis exempla contulerat mul
ta beneficia atque miracula. Sed ho
die miseri iudei pro documentis dede
runt Christo dura verba pro exemplis de
derunt duriora verba. pro beneficiis

xxiiij

dedere sibi durissima crucis tormen
ta. non restabat nisi una pena scilicet ut ipsum
felle cum aceto potaret: sicut auctori
tate supradicta dicitur. in qua quidem aucto
ritate tria ponuntur ex parte Christi. et unum
ex parte iudeorum. nam ex parte Christi. Primum
ponitur eius seruens caritas. cum dicitur Sicio
Secundo summationis veritas cum sub
dit. consummatum est. Tercio magna pie
tas. cum dicitur. Inclinato capite tradidit
spiritum. Quarto ex parte iudeorum magna
crudelitas in hoc quod ibi porreperunt
acetum ad bibendum. Circa primum no
tandum est quod in hoc quod Christus dixit. Sicio.
eius seruens caritas notatur. non enim
sicioebat aliquem liquorum Bernardus. Sicio ait
Christus. non doleo. O domine quid sitis
fidem vestram. saltem vestram. gaudium
vestrum. plus animarum vestrarum perditio
quam corporis mei cruciatus me tenet. Et
si non mei saltem vestri miseremini. Ista
autem Christi caritas tripliciter in secula omnes
alios amores superat et excellit scilicet
amorem naturalem. matrimonialem
socialem. et animale. Quorum natura
lis est qui est inter patrem seu matrem
et filium et istum amorem amor christi
excellit. Nulla enim mater filium suum
in tantum dilexit in quantum Christus nos ho
die amavit. Isai. xlix. Numquid poterit
mulier infantem suum obliuisci. ut non
miseretur filio uteri sui: et si illa obli
ta fuerit ego non obliuiscar tui. Ecce
in manibus meis descripsi te ut sim me
mor tui coram oculis meis semper. Quia
quod fuit aliqua mater que filium suum
in tantum diligeret ut nomen suum in
manibus pingi vel scribi faceret. ut
sic die et nocte memoriam eius habe
ret. Christus autem in manibus suis die ac
nocte scriptos nos portat ut semper

memoriam nostri habeat. Et illa scrip-
tura non fuit facta cum calamo vel
atramento. uel in pergameno. sed ca-
lami non fuerunt acutissimi clauis atra-
mentum eius sanguis preciosus. scrip-
tores iudei peruersi. pergamenum
caro manuum. Secundo excellit amo-
rem matrimonialem qui est inter uir-
em et uxorem. Et hoc in duobus. Primum
in hoc si uxor fornicatur ulterius non
recipitur sed anime nostre iesum christum
sponsum deserunt et dyabolo adulte-
ro consentiunt. christus eas penitentes
recipit: et ideo in cruce manus exten-
sas tenet adinuendum quod peccatores
ad se reuertentes protinus amplexa-
tur. Iere. iij. vulgo dicitur si dimiserit
uir uxorem suam et recesserit ab ea dux
erit alteram: nunquid reuertetur ad
eam ultra: nunquid non polluta et con-
taminata erit mulier illa. Tu autem for-
nicata es cum amatoribus multis. ta-
men ad me reuertere: et ego suscipias
te dicit dominus. Secundo amor chri-
sti excellit amorem matrimonialem:
in hoc quod dicit. Si esset aliqua uxor que
maculas in facie vel corpore haberet
et non posset ab illis maculis emunda-
ri. nisi uir vulnerari se faceret et in suo
sanguine uxor balneari non est ali-
quis uir qui uxorem suam tantum di-
ligeret quod ista sustinere ualeret: Inie-
tenim nostre erant plene maculis et
ideo christus in quinque partibus vul-
nerari uoluit et sanguinem suum fu-
dit in quo sponsa se balneauit et ab om-
nibus maculis mundata fuit. Et hoc
est quod dicitur. Ephe. v. Qui diligi-
te uxores uestras quemadmodum chri-
stus ecclesiam et tradidit semetipsum
pro ea ut illam sanctificaret mundans

eam lauacro aque in uerbo uite ut
exhiberet sibi ipsi gloriosam ecclesiam
non habentem maculam siue rugam
aut aliquid huiusmodi sed ut sit sancta
et immaculata. Tercio amor christi
excellit amorem sociale. qui est inter
amicos nullus homo inueniretur qui
uellet mori pro amico quantumcumque
iusto. sed pro amico bono id est sim-
plici fidei et innocenter disposito for-
sitam quis se morti exponeret. nos non
erimus iusti nec eramus boni. sed im-
pii et dei inimici. et tamen christus pro
nobis uoluit mori. et hoc est quod di-
citur ad Romanos. v. Cum adhuc esse-
mus infirmi christus pro impijs mor-
tuus est: Potest tamen dici quod christus
habeat unicum filium scilicet genus
humanum. ut ergo christus inter ius-
tos pacem faceret mediatorem se in-
terposuit. Thimo. ij. Unus est media-
tor dei et hominum. homo christus ie-
sus qui dedit semetipsum redempto-
rem pro nobis. Sepe autem conti-
git quod aliquis quandoque se inter duos
rixantes interponit ab utroque vulne-
randus. Sed ipse vulneratus a pre-
teritis. Ista. liij. Propter zelus populi mea
percussus sum. vulneratur etiam ab ho-
mine Zacharie. iij. His plagatus
sum in domo que diligebant me. Quar-
to uero amor domini nostri iesu christi excel-
lit amorem animale. qui est inter animam
et corpus. anima enim in tantum diligit
corpus quod ab eo separari rennuic. et omnem
lesionem corporis uirat et fugit. Ista
autem domini nostri iesu christi intantum aias di-
lexit quod se a corpore suo pro nostra sa-
lute separari uoluit. Iohannis. x. Ani-
mam meam pono pro ouibus meis:
intantum dilexit quod passus est corpus

Sermo:

suum in quinque partibus cum multa leticia. lacerari. ut precium nostre redemptionis abundanter efflueret. **U**bi in persona sua dicit propheta **L**ongi disti saccum meum et circumdediti me leticia. Secundo ponit summationis veritas. summataque et plena fuerunt omnia que dicta fuerunt de natiuitate sua. de sua uersatione. et de sua passione. **M**odie quoque consummatum fuit corpus suum et sanguis suus. **C**orpus quidem suum summatum fuit. quia omnia ossa sua apprebant et dinumerari poterant. **P**s. **D**inumerauerunt omnia ossa mea. **N**ec mirum si corpus eius sic fuit summatum quia fuit tribus disciplinis grauissimis flagellatum. **E**st ei quedam disciplina que sit virgis et ista est fortis quia carnem frangit. est alia que sit cum spinis duris et acutis est ista: **E**st fortior. quia usque ad ossa perforando percutit. **E**st autem alia que sit cum ferris instrumentis. et ista est fortissima. quia animam a corpore excutit. **I**sta triplex disciplina fuit corpus christi flagellatum. et ideo totaliter sumptum. **P**rimo enim fuit flagellatus virgis seu fimbriis nodosis. quoniam scilicet pilatus ipsum ad columnam ligari et flagellari fecit. et talis flagellatio totum corpus vulnerauit. **S**ecundo fuit flagellatus cum spinis duris et acutis coronatus. et ista talis flagellatio usque ad os capitis et usque ad cerebrum peruenit. **E**t secundum **C**risostomum. **M**ille punctis caput eius impleuit. et si dicat quod videtur impossibile quod spine os capitis tam dure potuerunt perforare. **V**erum est secundum naturam sed non secundum voluntatem diuinam. nec est contrarium ei quod dicitur. **J**obis. **xix.**

¶ **iiii.**

Os non comminuetis ex eo. quia os capitis non fuit comminutum. licet fuerit perforatum. **T**ercio fuit flagellatus instrumentis ferreis id est cum clauis acutis. et ista talis flagellatio animam excussit a corpore. **M**athei. **xxvij.** **J**esus clamans voce magna pre nimio dolore clauorum emisit spiritum. **S**ecundo eius sanguis fuit consummatum. quia totus a corpore euacuatus omnia enim opera fecit deo in numero pondere et mensura. ut habetur. **S**apientie. **xi.** **E**xcepto opere nostre redemptionis. ibi enim non seruauit numerum. ut quod unam vel duas guttas sanguinis funderet cum una sola sufficeret non seruauit pondus. ut si licet unam liberam unam unciam haberet non seruauit mensuram ut scilicet unum calicem mensuraret. sed totum dedit totum fudit. unde **p**s. **L**opiosa apud eum redemptio **B**ernhardus. **P**rosus copiosa. quia non gutta sanguinis. sed unde fluminis per quinque partes corporis emanauit. **T**ercio ostenditur magna compassio et magna pietas. in hoc quod dicitur. **I**nclinato capite tradidit spiritum **M**agna quidem impietas. quia iudei spiritum christi ab eius corpore uolenter cum multis supplicijs expulerunt. **P**salmus. **U**bi faciebant qui querebant animam meam. **E**t hoc autem quod dicitur. inclinato capite tradidit spiritum. quidam uoluerunt animam principalem sedem habere in capite. **S**uper hoc tamen inter sapientes fuerunt quatuor opiniones. **Q**uidam enim dixerunt. animam esse in corpore. et propter auctoritatem illam. qua dicitur. **G**enesis. **ij.**

De creatione hominis inspirauit in
faciem eius spiraculum vite. Ista em̄
inspiratio vite. Illij dixerunt ipsam
esse in corde et hoc ppter auctoritatē
illam Math. xv. De corde exeunt co-
gitationes. q̄ enim cogitationes exe-
unt absit. nisi exeant ab anima. Iero.
in epistolis ad sabbolam. Quid prin-
cipale hominis nisi anima quam pla-
to in cerebro christi esse in corde mō-
strat. Illij dixerunt ipsam in sanguine
et ppter illud qd̄ dicit Leuitici. xvij.
Anima omnis carnis in sanguine est.
Illij ipsam esse in corpore et in quali-
bet parte totam. et hoc propter illud.
.ij. Regum. p̄mo. Adhuc tota anima
est in memetipso in corpore meo. Ju-
dei vero volentes animā christi cru-
ciare videretur istas quatuor opinio-
nes saltem ip̄o facto sciuisse. Primo
enim ipsam animā cruciauerūt in ca-
pite quando fuit spinis coronat⁹. In-
selmus. Coronat⁹ incedit sed ip̄e sua
cruciatus est corona. quia mille pun-
ctis eius preciosissimū verticem vul-
nerauit. Secundo ipsam cruciauerūt
in corde. quia si fuit iuxta cor i latere
vulnerat⁹ est. vt si forte anima remā-
sisset cruciatum sentiret. veruntamē
cum triplex sit amor. scilicet sermonis
cordis ⁊ operis. tunc qm̄ ostendit no-
bis amorem sermonis fuit in sapienti
p̄dicatione. amorem operis in mira-
culorum exhibitione nō restabat nisi
ostēderet amorem cordis quem ostē-
dit in lateris aperitiōe Berni. Clau⁹
penerans clau⁹ referans factus est
mibi q̄ videam p̄ foratū clamat cla-
uus clamat vulnus q̄ vere deus sit
in christo reconciliās sibi. Tercio cru-
ciauerūt eius animā in sanguine. qm̄

scilicet cum clavis acutis ei⁹ neruos
apernerūt. ⁊ totum sanguinem cum
doloribus extraxerunt. ita q̄ corpus
ei⁹ in cruce remāsit aridū sicut lignū
vnde ps̄. Fuit tanq̄ testa virt⁹ mea
Iodem ossa mea sicut cremiū aruerūt
Et assimilat xp̄us corpus suū teste et
cremio. Nam testa que prius fuerat
humida postmodum ab igne facta ē
arida. Similiter cremium est lardū
adustum. a quo scilicet omis pingue
do recessit: corpus ergo christi in cru-
ce fuit sicut testa. que ab omnib⁹ suis
humoribus fuit ex siccata. Et fuit sic
cremium: quia sanguine suo p̄ciosissi-
mo fuit euacuatum: Quarto. vero af-
fixerunt ip̄i iudei aīaz domini nostri
iesu christi. a toto corpore: quia a plā-
ta pedis vsq̄ ad verticem nō fuit in
eo sanitas. Cruciat⁹ em̄ fuit in toto
corpore: in parte suprema fuit spinis
coronatus. in media fuit ad columnā
ligatus et flagellatus. In infima fuit
pedibus perforat⁹ vbi sensit magnū
dolorē. quia locus erat neurolus.
et quia vnus pes super alium posit⁹
et quia grossis clavis perforatus. et
quia innitebatur clauatis pedib⁹ to-
tum corp⁹. Quarto ponitur ex par-
te iudeorum magna pueritas in eo
q̄ os christi aceto potauerūt due ma-
gne rusticitates hodie ori christi facte
fuerunt. Vna est quādo sibi acetum
bibere dederūt. Secdo qm̄ iudas ore
suo turpissimo os christi sanctissimū
osculari presumpsit. istas duas rustici-
tates hodie multi adhuc faciunt ori
xp̄i. Quidā em̄ adhuc sibi dāt acetū
.i. opa acerba. Qd̄s Exacerbauerunt
dñm pctōres. cū em̄ deberēt dare vi-
nū suae id opa bōa ⁊ dō placita dāt
f. ij.

sibi acetum id est opera acerba. Jerēmie. v. Expectaui vt faceret vinas et fecit labruscas. **S**ecundo sunt quidā qui cum iuda os christi osculantur. Quatuor enim persone christum osculate sunt. Nam ipm osculata fuit mater eius. quia quādo cum infante in brachijs suis baiulauit sepe ipm osculabatur: et hoc in signum amoris. Osculatus etiam fuit ipm symeon. quando scilicet ipm in vlnas suas sumpsit. illud osculum fuit in signum reuerentie vel deuotionis. sicut siqs manus vel pedes pape osculatur. Osculata etiam fuit eum maria magdalena. Et hoc in signum reconciliatio/nis. sicut quādo inimici ad pacem veniunt. se mutuo osculantur. Osculatus etiam fuit eum iudas. et hoc in signū proditionis. sicut et **Joab** osculatus est amasan. vt habetur. ij. Regū. ij. Quicumq; ergo christū osculabit videat qualiter eum osculetur. Ille enim qui nullum habet odium vel rancorem. sed ad deum et proximum habet sincerum amorem. osculatur eum cum matre ille qui ad christi passionē multa reuerentia et deuotione et lacrimarum effusione afficitur. Osculatur eum cum symeone. ille qui p̄us erat deo inimicus. et i ista quadragesima est sibi reconciliatus. osculatur eum cum maria magdalena: ille qui hodie osculatur crucifixum. et etiam cum ip̄o epulatur et post pascha ad peccata reuertitur. osculatur eum cū iuda proditore. Magna enim proditio est hodie christo osculū dare et in pascha cum ip̄o comedere. et postea de domo corporis sui christū expellere. et inimicū sibi capitalem id est de-

monem in cor suum intrudere. talibus potest dicere christus quod dicitur in ps. Tu vero homo vniuersi dux meus et notus meus: qui simul mecum dulces cibos capiebas in domo dei ambulauim⁹ cum cōsensu veniat mors super illos et descendant in infernū viuentes.

Sermo de passione
domini xxxv.

Aspice et fac s̄m exemplar quod tibi in monte monstratum est. Exodo. xxxv. Christus est tanq; liber exemplaris ad cuius exemplar. totam vitam nostram deducere debemus et ipsam corrigere. Ecclesia quoq; officia sua et obliuācias suas ab isto libro extraxit: maxime autem in hac die ecclesia in officio multa misteria facit que ab isto libro exemplauit. Et itō adducitur supradictum verbum dei patris ecclesiam alloquentis et dicentis. Inspice et fac s̄m exemplar quod tibi in monte monstratum est. Videam⁹ ergo q̄ sunt illa misteria que hodie ecclesia facit. et q̄ ex isto libro exemplauit. Primum est qd altaria sunt denudata. Altare qdem est xp̄s qui hodie suis vestibus fuit denudatus. Habebat enim xp̄s tria genera vestimētōr. Primo habebat vestes materiales q̄s serebat sicut alij hoies. istis fuit denudat⁹ ps̄ Diuiserūt sibi vestimēta mea. Habebat autē aliud vestimentum scz corp⁹ propriū isto vestimento aia xp̄i hodie fuit expoliata et corpore suo denudata Johis. xix. Inclinato capite tradidit ipm Habebat autē vestes sp̄iales. i. ip̄os ap̄los q̄ xp̄m quodāmodo vestiebant et ornabant. Isa. xlix. Quio

ego dicit dñs. quia his omnib⁹ velut
ornamēto vestieris istis vestibus fuit
post denu datus quia ab omnibus a
postolis fuit derelictus. **S**ecundum
mysterium est q̄ ecclesia trib⁹ diebus
mortem christi plangit ⁊ tenebras fa
cit ad innuendum q̄ sol tribus horis
tenebris se induit et mortem christi
plangit. vel ad innuendum q̄ triplex
creatura mortem xpi desleuit sic pure
corporalis. vt pote terra que tremu
it et sol qui obscurat⁹ fuit et pure spi
ritualis sicut angelus. **I**saie. xxxvi.
Angeli pacis amare flebant. ⁊ p̄posi
ta sicut apostoli et sancte mulieres. **E**t
ideo ecclesia tribus diebus plangit
ex eo scz q̄ xpus tribus dieb⁹ ⁊ nocti
bus iacuit mortu⁹. **T**ercium est q̄ cā
pane hodie siluerunt. **S**pus enim ha
bebat duodecim campanas id est du
odecim apostolos: quaz vna penit⁹
fracta fuit scz iudas ⁊ remanserūt vn
decim. inter quas erat vna ceteris
grossior scilicet petrus. qui semel tam
alte sonuit q̄ sonus eius super ange
los ascendit. quando dixit **M**at. xvi.
Qu es christus filius dei viui. **I**sta cā
pana hodie sonum suum perdidit q̄
christum negauit: **S**imiliter ceteri a
postoli hodie sonum suum perdidit
quando christum reliquerunt.
Alia campana fuit christus que in vi
ta non cessauit sonare id est predicare
tandem eleuata est in campana cru
cis et ibi sonum dedit pie conquestio
nis. in auribus patris cum dixit **M**a
thæi. xvij. **D**eus meus deus meus
vt quid me dereliquisti: dedit sonum
magni amoris. cum dixit **J**ohannis.
xix. **E**cce filius tuus dedit sonum ma
gni doloris in auribus humani gene

ris. cum dixit **T**renoz: id est **Q** vos
omnes qui transitis per viam atten
dite et videte si est dolor similis licet
dolor meus: **E**t ista campana in tan
tum sonuit q̄ rauca facta fuit **P**salmi
sta **L**aboravi clamās rauce facte sunt
fauces mee. **T**andem ista campana
fuit fracta. ⁊ etiam in quinq; partib⁹
perforata: **E**t tunc omnino siluit ⁊ eti
am sonum suum amisit. **A**lia vero cā
pana fuit beata virgo maria que tam
dulciter sonuit q̄ filius dei ad eius so
num de celo venit quando ipsa dixit
Ecce ancilla domini fiat mihi fm ver
bum tuum. dulciter sonuit q̄ iohan
nes ad eius sonum in vtero tripudi
auit. **I**sta campana ferro doloris ho
die perforata est. **E**t ideo sonum per
didit **L**uce. ij. **T**uam ipsius animam
pertransibit gladius. **A**lia creatura
fuit vniuersitas creaturarū que dat
triplicem sonum quia predicabāt dei
potentiam ex sua magnitudine. dei
sapientiam ex suo ordine. dei bonita
tem ex sua vtilitate. **I**sta campana
hodie intantum siluit q̄ tota confixa
fuit. leo papa ad hoc peccatum expa
uit et expaluit tota machina mundia
lis. et fere antiquum cabos redacta
sunt vniuersa. **U**nde philosophi vi
dentes eclipsim solis contra naturaz
fieri dixerunt q̄ ordo nature peruer
tatur. aut elementa menciuntur. **A**ut
deus nature patitur. et elementa si
bi compatiuntur. **Q**uartum est q̄
hodie tabule percutiuntur. illa autē
percutio tabule representat clamorē
crucis. que clamat iudeorum malici
am ex christi innocentiam. **S**ecundo
representat clamorem sanguinis. qui
clamat pro nobis et contra nos.

Sermo

Nam clamat pro nobis petens misericordia: **U**n̄ plus ad hebreos. **xxij.** Accessistis ad sanguinis aspersionem melius loquentē q̄ abel clamat. aut contra terrenos **Job. xvi.** Tercio ne operias sanguinem meū neq̄ inueniat in te locū latendi clamor meus. laet em̄ sanguis xp̄i in eorū memoria: qz nullam recordationē facit in eorū voluntate. qz nullā deuotionē. **Tercio** sonus tabule representat psulum sonū qui sit i inferno. Siquidem dñs noster iesus ch̄istus claustra infernalīa p̄fringebat. vnde dicit in ps̄. Qui contriuit portas creas et fectes ferros cōfregit. **Angeli** valenter clamāt. tollite portas p̄ncipes vestras. **Sancti** patres iubilāt. damnati qui ibi relinquebant flebant demones ululabant et sic p̄mixtus erat sonus gaudētium et sonus flentū. **Eccl̄e. iij.** Non poterat quisqz cognoscere vocem clamoris letantiū et vocem flentū ppli. **Quarto** sonus tabule representat strepitum armorū quem fecerūt iudei in capiēdo xp̄m cū gladijs. armis fustibus et laternis: **Quinto** sonus tabule ad excitādā tristitiā et merorē. **Ho die** q̄dem ecclesia tacet omnes sonus leticie ⁊ facit sonus tristicie. **Nā** tacet sonū campone ⁊ facit sonum tabule. **Tacet** lectiones ⁊ facit lamentatiōes. **Tacet** cantus leticie ⁊ dicit cant⁹ meroris et tristicie. **Quintū** est qz passiones aliorū sanctorū celebramus cū gaudio passionem dñi agimus cum lamentatione. cuius ratio est. qz alij passi sunt p̄pter se. scz vt gloriā adq̄rant quam non habebant. sed ch̄ist⁹ p̄pter peccata nostra delenda. alia ratio est. quia hodie fleuit terra quādo

P. r̄s.

contremuit. fleuit sol quādo obscuratus est. **Fleuerūt** sancte mulieres. **Lu ce** vicesimosecdo. **Filie** syon nolite flere super me. **Fleuerunt** apostoli. **U**n̄ cantat. **Tristes** erant apostoli de nece sui domini. **Fleuit** petrus. **Fleuerunt** apostoli. vnde cātatur. **Tristes** erāt apostoli de nece sui domini. **Fleuit** petr⁹. **Mat. xxvi.** **Egressus** foras fleuit amare. **Fleuit** beata virgo. doloris gaudio p̄forata. **Fleuit** ch̄ist⁹. **Mat. xxvi.** **Tristis** ē anima mea vsqz ad mortem. **Fleuerunt** angeli. **Ma. xxxiiij.** **Angeli** pacis amare flebant. **Fleuisset** si possibile fuisset de⁹ pater vidēs filium suum tam ignominiose tractari: inter ergo tot flentes nullus debet gaudere. **Sextum** est qz missa hodierna non habet principium nec finem. quia nec introitus nec benedicamus dicitur. nec finit qd innuendum qz ille qui est principium et finis a nobis recessit. **Ille** etiam qui est in tribulatione non indiget benedictione sed compassione. et ideo nō dicitur benedicamus domino: **Non** habet etiam ista missa mediū quia sacra hostia hodie est ablata. **Septimū** est qz circa crucē ter genua flectam⁹ vt illum honoremus qui fuit ter pro nobis illusus. scilicet ab herode qui veste alba eū iuduit. a militib⁹ q̄ ipm spinis coronauerūt. ⁊ a iudeis q̄ sibi in cruce existenti insultauerunt. **Facimus** et circa crucem offitium in lingua greca et latia. ⁊ iste due lingue ipsum consentent ⁊ adorant: **Lingua** autē hebraica ibi silet quia ipm nō cōfiteetur. **Octauum** est qz ante crucem totaliter in terram nos prostramus

Sermo?

et postea osculamur. ipse enim se propter nos prostravit usque ad terre susceptionem **Philip. ij.** Semetipsum exinanivit formam servi accipiens usque ad terre habitationem **Baruch. iij.** Post hec i terra visus est et cum hominibus conversatus est usque ad terre intimam per mortis deiectionem **Jeremie. xlvj.** Fortis impugnavit fortem et ambo corruerunt pariter usque ad terre penetrationem. **Ecclesiastici xxiiij.** Penetrabo inferiores partes terre et inspiciam omnes dormientes. et illuminabo omnes in domino. Non est quod ecclesia hodie pro omnibus orat. Cuius ratio est quod Christus hodie fuit valde pius in parcendo. quando dixit **Luce. xij.** pater mitte illis. quia nesciunt quid faciunt. Fuit valde liberalis in largiendo quia ad modicam petitionem dedit latroni regnum celorum. Fuit valde largus in redimendo. quia non guttam. sed totum sanguinem effudit. et dedit pro nostra redemptione preciosa. **Apud dominum misericordia et copiosa etc.** Ideo ecclesia ad similitudinem Christi est liberalis hodie in orando et multum pia in parcendo. **Decimus est quod hodie fideles ecclesias et altaria sanctorum visitare consueverunt. Cuius triplex ratio est. Prima est quia talis visitatio representat visitationem apostolorum et sanctarum mulierum. quia crebre sepulchrum visitabant. Secunda ratio est. quia hodie Christus omnes sanctos qui fuerunt a principio mundi usque tunc presentialiter visitabat. et ad limbum descendit. **Luce primo.** Visitavit nos oriens ex alto. Tercia ratio est quia hodie sancti debent esse valde liberales. quia hodie de carcere erant liberati. et in celestem imperium sublimati. **Siquis de carcere liberaretur et ad im-****

xxvi.

perium sublimaretur ille diem illum multum diligeret: et illa die multum liberalis esset. Merito ergo hodie fideles sanctos visitant ut ab ipsis de carcere liberatis et ad imperium sublimatis beneficium obtinere valeant. quod nobis prestare dignetur etc.

**Ipso die Pasche.
Sermo. xxvi.**

Item queritis nazarenum crucifixum surrexit non est hic **Marci. ultimo.** Nos videmus ad naturalia quod deus valde mirabilia opera fecit secundum suam potentiam: et ordinavit ea secundum suam sapientiam et conservavit ea secundum suam clementiam. Et ideo ait propheta in **ps.** Mirabilis deus in operibus suis. Nam videmus quod arbores et plantae crescunt de terra. virescunt florescunt fructificant: maturescunt. et fructus maturi colliguntur. et de fructibus vivit natura fragilis. et tempore suo arbores arescunt tanquam non sit vita in eis. et tamen iterum suo tempore reflorent. quia omnis oculus eos inspiciens letatur. Sed per quem modum illud fit. certe ignoramus soli creatori constat qui habet eas creare et totum celum gubernare. ita spiritualiter nota hominem secundum matheum. **Arbor bona fructus bonos facit. Et in arbore naturali ista supra dicta videmus. quod egreditur de terra occulte virescit. frondescit. germinat. fructificat arescit ad tempus et florescit: Ita humana natura nascitur de terra nutritur. de terra in puericia virescit: in adolescentia frondescit. in fortitudine germinat. in opere**
f. iij.

Sermo

fructificat i senectute marcescit: et are-
 scit quia cadunt folia et rami scilicet
 qñ vires deficiunt. et homo caligatur
 in oculis et in statura curuat. et ad te-
 pus moritur. Et postea iterum refloret
 in ipso die iudicii resurgendo. Et ista
 probat Jobes dicens. Lignū habet
 spem si precisum fuerit. rursus vire-
 scit. Ita homo si mulier. qñ nulli sit du-
 bium de hoc: ideo xps deus et homo
 in natura humana voluit nasci d vir-
 gine. Floruit in fortitudine fructum
 fecit in bona opatione. mortu⁹ est in
 crucifixione. sepultus in sepulcro ma-
 nifesta visione. quia mlti hoc vidēt
 Sed modo resoruit i resurrectione.
 Ideo de eo ait ppheta. Resoruit ca-
 ro mea. Quō aut hoc factum sit patz
 in euangelio fm qñ marcus describit
 qui omnia ista manifeste oculis suis
 vidit dicens. Maria magdalena
 et maria iocobi et maria salome eme-
 runt aromata vt venientes vngerēt
 iesum. Maria magdalena fuit illa cui
 dixit dñs in vigilia palmar. dimissa
 sunt ei peccata multa qñ dilexit mul-
 tum. et maria iacobi. et maria salome
 fuerūt sorores virginis marie. et val-
 de mane vna sabbatorū id ē vna die
 transacto sabbato. quia sabbatum ce-
 lebrabant: veniunt igitur ad monu-
 mētū dum sol incepit oriri et dicebāt
 ad inuicem. Quis reuoluet nobis la-
 pidem de monumento q̄ erat magn⁹
 valde. et statim angelus dñi reuolue-
 bat lapidē de monumento: et sedebat
 sup lapidē et dixit. Nolite timere et
 introeuntes in monumentū viderūt
 angelum in specie iuuenis sedentem i
 dextris coopertū stola candida et ti-
 muerūt. Qui iterū dixit illis. Nolite

¶ vi:

expauescere iesum queritis nazarenū
 crucifixū surrexit nō est hic. Ecce lo-
 cus vbi posuerunt eum. sed ite dicite
 discipulis eius et petro specialiter ni-
 mis q̄ tristis est. eo qñ negauerit chri-
 stum. quia surrexit et precedet vos in
 galileam. id est in patriam celestem et
 ibi eum videbitis facie ad faciem sic
 cena p̄dixit vobis. exiui a patre et
 veni in mundum. et iterum relinquo
 mundū et vado ad patrem. et ibi me
 videbitis in maifesto. iesum queritis
 nazarenū etc. In hjs verbis angelus
 tria facit. Primo tāgit passionis xpi
 ignominia vt caritati inflamemur cū
 dicit Iesum queritis nazarenū cruci-
 fixum. quasi diceret. p nobis crucifixū
 ideo merito debemus eū diligere et
 querere. Secūdo astruit resurrectionis
 gloriā. vt spe subleuemur. cū dicit.
 surrexit non est hic. quasi diceret. iam
 glorificat⁹ est et ideo sup terram que-
 rendus non est. Tercio subdit prola-
 tionis materiam vt in sine solidemur
 cum dicit. Ecce locus vbi etc. Nota qñ
 xps surrexit quatuor modis. et hoc q̄
 tuor de causis. Primo apparenter pro-
 pter tristitiam solationem. Secūdo
 potēter ppter fidei p̄firmationē. Ter-
 cio naturaliter ppter nature reuocati-
 onē. Quarto singulariter ppter futu-
 re resurrectionis ostētionem. Primo
 xps surrexit apparenter propter tristi-
 um consolationē. Nam hodierna die
 apparuit discipulis suis et dilectis su-
 is amicis scz vicib⁹. Prima vice ma-
 rie virgini et hoc non scribunt euan-
 geliste quia illud quod potest dubita-
 ri hoc scribunt et in illo nullus debet
 dubitare. quin primo apparuit v̄gini
 marie. quia xps dixit honora patrem

Et matrem. et illud semp impleuit. Et ideo maria non quesuit ipm cum alijs tribus marijs in sepulcro. et hoc etiã propter nimiam debilitatem corpis et propter tristitiã quam habuit. etiã dicunt aliqui doctores qd iste gutte sanguine sup vestimenta eius effuse sub cruce clarificabant in resurrectione et sic ipa hodie gaudia. Secda vice apparuit marie magdalene. naz qñ ille tres marie venerunt ad sepulcrũ qd fuit in orto extra ciuitatẽ et non inuenerunt corpus sed angelũ in dextris in stola candida. et dixit eis. quẽ queritis surrexit nõ est hic. ite dicite discipulis. et cum irent et discipulis dicere voluerunt Maria magdalena reuersa est sola ad monumentũ Tũc duos angelos vidit. vnũ ad caput et alium ad pedes et dicunt. mulier qd ploras et cum hec retrospexit vidit dñm a longe stantem in orto et putabat ipsum esse ortulanũ dicens. Si sustulisti dñm meũ dicitõ mibi. vbi posuisti eum vt ipm tollam: respondit dominus. Maria et in hoc verbo cognouit eũ. et statim surrexit. et cecidit ad pedes eius vt oscularetur et ait dñs. noli me tãgere. quia queris me dubitando. et sic apparuit secunda vice. Tercia vice tribus marijs simul. Nam cum maria magdalena vidit dñm gaudio est. et statim iuit ad alias marias scilicet salome et iacobi vt eis diceret. Tunc simul iste tres ibant ad discipulos et in via apparuit eis xps et dixit. Auete et osculabant pedes eius. tũc pmisit eas se tangere. quia credebãt ipm surrexisse. Et dixit. Ire dicite fratribus meis quia surrexi a mortuis. et sic apparuit tercia vice. Quarta vice

apparuit petro solus. nam quãdo iste tres marie eis dixerunt tunc duo discipuli ad monumentũ statim cucurrerunt scz petrus et iohannes: unde lucas. Lucurrerunt duo simul et iohannes fuit iuuenis et pcucurrit cici petro qui fuit senior. et iohannes venit p̄or ad monumentum et introspexit. Sed cũ petr⁹ venit statim introiuit sepulcrum et inuenit lintheũ vel sudarium mundũ in quo fuit corp⁹ xpi reuolutum et sudariũ quod habuit in facie. et sic iohãnes et petrus recesserunt et eũ non inuenerunt. Lum autẽ petrus iuit ad secretum locum in orto vt fletet a apparuit ei xpus vt non desperaret sed vt cõsolaretur eum. Luc. Surrexit dñs vere et apparuit symoni petro. et sic quarta vice apparuit Quinta vice apparuit illis duob⁹ discipulis hora vespertina euntibus in emaus de hierusalem: sicut crastina die tenet euangeliũ. Hic narra euangeliũ hoc et cras pdicabitur qd hodie est factum. et sic apparuit quinta vice. Sexta vice apparuit hodie omnib⁹ apostolis simul in domo vbi ce nam fecerunt et ibi ppter metum iudeorum maserunt et hostia clauerunt et clausis ianuis ad eos intrauit dicens. Pax vobis. nolite timere ego sum. Et hec apparitio facta fuit d sero hodierna die. Et ideo patet qd xps surrexit apparenter ppter tristitiam solationem. Secdo xps surrexit poteter propter fidei p̄firmationem quis em vnũ qd ex mortuis potuit seipm resuscitare. certe nullus. sed christ⁹ p̄potẽcia seipm resuscitauit sicut ipse ait in euangelio Mathei. Data est mibi potestas in celo in terra et potestatem.

habeo ponendi animā meam ⁊ iterū
sumendi eam p̄ resurrectionem Legi
mus em̄. iij. Regum. iij. q̄ helizeus
suscitauit puerū mortuū. et hoc non
fecit pp̄ria potēcia sed diuina q̄ ora
uit et se super puerum posuit vt caro
calefaceret et sic ip̄m resuscitauit. etiā
legimus in eodem libro q̄ ossa helize
i prophete fuerunt translata in aliū locū
⁊ tetigerūt ossa alterius mortui ⁊ sur
rexit ⁊ hoc virtute ⁊ potestate diuina
vt iudeos incredulos in fide resurre
ctionis p̄firmaret. ⁊ sic xp̄us hodie re
surgere voluit potestate ⁊ v̄tute pro
pp̄ria ut nos incredulos p̄firmaret. vt
patet in euangelio. q̄d pp̄ria potesta
te surrexit. Nam feria sexta q̄n erat se
pultus dixerunt iudei ad pilatū. Do
mine iube sepulcrū custodiri ne sedu
ctor ille nos seducat. ⁊ ne discipuli su
rentur eius corp⁹ et dicant surrexit a
mortuis. Tūc pilatus fecit signare se
pulcrum cū sigillo ad iuncturas lapi
dum ⁊ appreciauerūt quōr fortes ar
mados ut tres noctes ac tres dies de
berent custodire sepulcrū. quia dixit
xp̄s. Tercia die resurgā. sed in nocte
ista quādo xp̄s surrexit factus est ter
re motus magnus. q̄ custodes facti
sunt velut mortui et fugerunt ⁊ xp̄s
surrexit clauso tumulo sine fractione
sigilli. Et dixerūt mulieres Quis re
uoluet nobis lapidem. ⁊ idō surrexit
potenter pp̄ria virtute de hoc quidā
sacerdos hodie dubitando quōd xp̄s
posset resurgere clauso tumulo cogi
tauit: Tūc cingulū quo erat p̄cinct⁹
iacuit ante eum clausum sicut habuit
circa corpus et audiuit vocē sic dice
tem. Sicut xp̄us clauso exiuit vtero
s̄ginis ⁊ cingulum in p̄spectu tuo. sic

christus exiuit clauso tumulo. ⁊ ergo
christus surrexit potenter p̄pter fidei
p̄firmationē. Tercio xp̄s surrexit na
turaliter p̄pter nature renouatiōem.
Nam sicut natura dedit fenici qui se
renouat moriēdo et resurgit iterum
volando. vt dicit ysidor⁹ de naturis
rerū q̄ q̄n fenix tricentoz vel q̄dum/
gentoz ānoz est vnica quis non h̄ns
socium sicut alie aues q̄ posset sibi fili
os p̄creare sed solus volat in monti
bus armenie ⁊ in montib⁹ libani ⁊ cū
senferit se annosum. docet ip̄m natu
ra q̄ volat et querit ramos de nobili
bus arboribus ⁊ facit in alciozi mon
te in acumine montis nidum ⁊ volat
ad calorem solis ⁊ laborat in volan
do donec vltierius volare nō potest
⁊ cū impetu querit nidum. qui nidus
tunc accenditur p̄ calorem solis et se
comburit in nido. ⁊ de cinere illi⁹ qui
cule tertia die alia quis renascitur et
iterū volat: Ita xp̄us voluit innoua
re humanam naturā antiq̄ p̄ pecca
ta p̄mōz parentum in nidulo sancte
crucis pp̄ria volūtate corpus in igne
diuine caritatis mori. et tertia die re
nouare in resurgendo. Item legim⁹
in exodo q̄ moyses ex iussu dñi posu
it tredecim virgulas in templum et
nulla inter eas reflexit nisi tredecia
que fuit virga aaron. Ita moraliter
deus creauit tredecim naturas rerū
sc̄z nouē choros angeloz. Post has
decima natura fuit perfectoz anima
lium. que fuerunt creata ante hoīem:
post animalia creauit pisces. post pi
sces reptilia et volatilia. quarū natu
rarū tredecima fuit humana natura
que ideo fuit vltimo creata. quia nul
la illarum nisi hūana natura debuit

Sermo.

renouari. scz p resurrectionē et ideo
christus voluit p̄m^o esse qui renoua
ret humanā naturā et clarificaret eā.
sic v̄ga aaron arida p̄cisa. et in aridā
terrā posita refloruit frōduuit et fructū
fecit qz protulit amigdalas p̄ciores
q̄ ante p̄cisionē habuit. et sic patz qz
xpc hodie surzxit p̄pter nature reno
uatiōem. Quarto xpc surzxit figura
liter p̄pter future resurrectionis osten
sionē. nam multi sunt et fuerunt ante
xpm qui credere noluerūt qz homo
incineratus posset resurgere: et iō le/
gim^o Eszech. xxxvij. Qñ p̄pheta eze
chiel p̄dicauit futurā resurrectionē iu
deis ipi credere noluerūt. Et iō dñs
ostēdit p̄phete campū magnū plenū
ossibus aridis et dixit dñs ad p̄phētā
vides ossa istoz mortuoz hoim. Re/
spondit video dñe et dixit Dic ex ver
bo meo vt resurgāt et statim dixit pro
pheta ossa arida audite verbū dñi et
statim accesserūt in ictu oculi iunctu/
ra ad iuncturā et vnū quodqz ad locū
suum et steterūt sup pedes et cutis et
nerui ascenderūt et adhuc non habe
bant vitā. Et dixit dñs. voca quattu
or ventos a quattuor p̄tibus mundi
et adducāt sp̄m vite: Et ait p̄pheta
veni ventus oriens occidens. septen
trionalis et meridionalis. et sufflate
ossa ista et reuiuifcant. et statim om̄s
vixerūt. et erat exercitus magn^o val
de. Et ait dñs Sic ego dñs qui crea/
ui vos de nihilo renouabo vos de se
pulcris vestris. Moraliter hec visio
manifeste ostendit resurrectionē futu
ram Nam p̄ ossa que iacuerūt in cam/
po notant om̄ia humana corpa que
iacent in cinere sup vniuersam terrā
spiritib^o p̄uatis: et cū venerit dies

xxvij.

165
ista in qua reflorent om̄ia. xpc qui hō
die surzxit veniet cui pater oia dedit
in manus suas et ei omnia obedient.
Nā mare dabit suos mortuos terra
mortuos suos. infernus mortuos su
os et adherēbūt ossa ad ossa. et vnū/
quodqz redibit ad p̄pria et cooperien
tur carne pristina et quilibet in carne
sua videbit saluatozē. Unde ait Job
Et in carne mea videbo deū saluato
rem meū. et ideo xpc voluit hodie re
surgere vt vnusquisqz preparat se ad
futurā resurrectionē. Rogem^o ergo.

Feria scda post pascha.
Sermo. xxvij.

U solus peregrin^o zc. Luc:
ultimo. Nota qz sicut vide
mus qñ aliquis in aliena domo extra
p̄riam nasceret in aliena patria puer
saret. et in aliena domo nutrieretur.
et in aliena ciuitate moreret. in alieno
sepulcro sepeliret ver^o esset peregri
nus Ita xpc p̄pter nos et p̄pter nr̄az
salutem dereliquit patriā celestis glo
rie. vt ip̄e ait Dicere. Reliqui domū
meā et hereditatem meā propter te et
in hoc mūdo tamqz in aliena domo.
fuit natus scz in peregrinatiōe marie
qz iuit de nazareth in berbleem. Itē
in aliena patria puerfaret. nam maria
cum puero iesu peregrinata est in egi
ptum et ibi erat septem annis in per
egrinatiōe. In aliena ciuitate mortu
us. scz hierusalem quā elegit passioni
In alieno sepulcro fuit sepult^o. quia
ioseph ab aramatia sepeliuit eum in
suo sepulcro qd exaderat in petra in
quo nōdū quis qz posuit fuerat. bene
ergo poterat ista duo discipuli dicere

Verbū p̄allegatū. tu solus pegrin⁹ es
 zc. Quomodo istud accidit patet in
 euangelio. Duo ex discipulis iesu
 de septuaginta scz cleophas ⁊ lucas
 ibant ip̄a die resurrectiōis dñi vide/
 licet heri in castellū noīe emaus. qđ
 erat a hierusalē in spacio stadiozū. l.
 hoc est alterū dimidium miliare d̄ no/
 stris. quia erat quidā gigas noīe her/
 cules. et qñ ille ibat transibit vna an/
 helitu. l. passus ⁊ ibi stabat. ⁊ idō ista
 loca dicebant stadia. et isti duo disci/
 puli loquebant adinuiçē q̄ de his ac/
 ciderant in hierusalē ⁊ cū loquerent̄
 et vn⁹ aliū quereret. tunc x̄ps in spe/
 cie peregrini appinquarebat eis ⁊ ibat
 cū illis. ⁊ oculi eozū tenebant̄. ne euz
 agnoscerent. ⁊ ait ad illos. Qui sunt
 h̄j sermones quos p̄fertis ad inuiçē
 ambulantes et estis tristes. Et respō/
 dit cleophas. Tu solus peregrin⁹ es
 in hierusalē et non cognouisti que
 facta sunt in illa his diebus. Quib⁹
 ip̄e dixit que. et dixerunt de iesu naza/
 reno q̄ fuit vir p̄pheta potens in ope
 et simone coram deo et omni popu/
 lo. Et quomodo tradiderunt eū sum/
 mi sacerdotes et principes nostri in
 damnationem mortis et crucifixerūt
 eum. Nos autem sperabamus. quia
 ip̄e erat redempturus israel. Et nūc
 super hec omnia hodie est dies terciā
 vt facta sunt hec: Sed et mulieres q̄
 dam ex nostris terruerūt nos que an/
 lucem fuerunt ad monumentum et
 non inuento corpore eius venerunt
 dicentes se etiam visionem angeloz
 vidisse. qui dicunt cum viuere. ⁊ abi/
 erunt quidam ex nostris ad monumē/
 tum et ita inuenerunt sicut mulieres
 dixerunt. ip̄m vero non inuenerunt.

Et ip̄e dixit ad illos. Stulti et tar/
 di corde ad credendum in omnibus
 que locuti sunt prophete. Nonne o/
 portuit hec pati ch̄ristum et sic intra
 re in gloriā suā. ⁊ incipiēs a moy/
 se et prophetis interpretabatur illis
 in omnibus scripturis que de ip̄o erāt
 ⁊ ap̄opinquarebant castello quo ibāt
 ac ip̄e finxit se longius ire. et coegerūt
 illum dicentes. Mane nobiscum do/
 mine quoniā aduersperascit. et inclina/
 ta est iam dies et intravit cum illis. et
 factum est cum recumberet cum illis
 accepit panem et benedixit et fregit
 et porrigebat illis. ⁊ statim cognoue/
 runt eum in fractione panis. quia fre/
 git quasi aliquis scinderet. et statim
 auauit ab oculis eozum. Et dixerūt
 ad inuiçem. Nonne cor nostrum ar/
 dens erat in nobis cum loqueretur
 nobis in via ⁊ aperuit nobis scriptu/
 ras. Et surgētes eadem hora ingressi
 sunt in hierusalē ⁊ inuenerūt vndeci/
 p̄gregatos. et eos qui cū ip̄is erāt di/
 centes. qđ dñs surrexit vere ⁊ apparu/
 it symoni petro et narzabant q̄ gesta
 erāt in via. Et quō cognouerūt eum
 in fractiōe panis. Duo ad thema Tu
 sol⁹ pegrin⁹ es in hierusalē. Nota qđ
 x̄ps est pegrinus fact⁹ p̄ nobis ⁊ hoc
 ad q̄tuor. Primo quo ad vestimen/
 tum. Secdo quo ad piculum. Tercio
 quo ad viam. Quarto quo ad signū
 Primo. p̄ nobis x̄ps voluit esse pere/
 grinus. et hoc quo ad vestimentū. so/
 lent em̄ pegrini habere vestimēta ab
 alijs distincta filamina id est werckē.
 Unde legit̄. i. Reg. ij. qđ anna habuit
 filiū cui nomen samuel. cui⁹ natiuita/
 tem angelus p̄dixit que deo vouit
 post hoc fecit filio suo vestimentū qđ

Sermo.

dicit filamina de albo panno. et duxit eum in silo. et presentavit eum in tabernaculum. Ita virgo maria suo dilecto filio christo iesu: cuius natiuitate angelus gabriel predixit fecit tunicam albam de purissima virginea carne assumpta. Unde ipse ait de se et de alijs habentibus vestimenta sua munda: Apocalip. iij. Ambulabant mecum in vestimentis albis. quia digni sunt. Sed illud vestimentum album sui sanctissimi corporis factum est in peregrinatione. pro nobis sanguine rubricatum. Unde angeli ad ipsum de peregrinatione venientem dixerunt Quare rubrum est vestimentum tuum. respondit. sanguis aspersus est super vestimenta mea. huius rubri vestimenti legimus figuram in Genesi. Patriarcha iacob habuit duodecim filios quorum quem magis diligebat fuit apud patrem: ac alij filij fuerunt in valle ebron et in sichimis pascentes pecora. Faciebatque pater filio suo tunicam filaminam. scilicet kedel. et misit ipsum de domo ad vallem dothaim ut visitaret fratres. Et videntes fratres tunicam effuerunt sibi et lacerauerunt. et in sanguine miscuerunt: et miserunt patri per aliquam mulierem que accepit tunicam laceratam in sanguine intinctam. et iuit ad patrem dicens: Et vide si tunica filij tui sit an non quam vidisset pater ait. Fera pessima deuorauit filium meum. Moraliter pater in diuinis habuit in domo sua iuxta se dilectum filium suum iesum et habuit in deserto huius peregrinationis plures filios: qui pascebant pecora suorum peccatorum. misit igitur filium suum et fecit sibi tunicam filaminam id

Lxxij.

est humanam naturam de virgine quem cum iudei videntes et ipsum apprehenderunt vendiderunt pro triginta argenteis et tunicam sui corporis lacerauerunt cum flagellis et coronatione. ita quod totaliter fuit in sanguine intincta et dederunt mulieri virgini marie. quam tunicam corporis accipiens maria ante crucem in gremium et dicens pater celestis vide si tunica filij tui sit an non quam cum pater vidit. ait. Fera pessima id est genus iudeorum deuorauit filium meum ita miserabiliter tractando. Et ideo pater vindicauit in eis quod omnes fuerunt destructi et venditi. Et sic patet quod christus factus est pro nobis peregrinus quantum ad vestimentum. Secundo dominus noster dicit peregrinus pro nobis hoc mundo quantum ad periculum quod sustinet. Sustinent enim peregrini diuersa pericula quantum a socijs qui eos produunt. ita christus a proprio discipulo iuda traditus fuit et venditus pro triginta argenteis. Unde iuit ad principes sacerdotum dicens eis. Quid vultis mihi dare et ego vobis eum tradam. Et illi promiserunt sibi triginta denarios. et spondit. Item peregrini sustinent pericula ab hospitebus qui interdum eos occidunt. Ita christus a iudeis qui fuerunt ibi hospites in hac peregrinatione Zach. In his plagis plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. Item sustinet pericula a spoliatoribus: ita peregrinus pro nobis christus fuit spoliatus et vestitus denudatus. Unde ait Lucas: Milites qui crucifixerunt eum acceperunt vestimenta sua et diuiserunt ea. Item sustinent peregrini pericula ab incursionibus siue infestationibus bestiarum. et ideo portant baculos sicut christus

a dyabolis et tñ cis resistebat. Ita qñ
 bet xpianus accipiat baculum sancte
 crucis ppter insidias serpentū et be/
 stiarū id est demonū et malaz tentari
 onum Ita hodierna die pegrini mul
 ta sustinent cum tñ pacem habere de
 berent. Nam in antiqua lege peregrini
 nis dabat pax. unde de hoc debetur
 Josue ca. ix. vbi legim⁹ qñ iosue ve
 nit cum filijs israel ante terrā pmissio
 nis vt gentiles cum suis possideret.
 Et dantes gabaonite aliqui viri pre
 parauerūt se sicut peregrini. et accepe
 runt baculos et pileos et induebant
 vestimenta lacerata et calciamē a fra
 cta et in fiasculis acceperūt acetum et
 in bursis habebāt durū panem et anti
 quū et de nocte exierunt. et de mane
 venerūt ad exercitiū iosue quasi a lon
 ge venirent. quos iosue interrogavit
 unde venirent. qui dixerūt de remo
 tis partibus sumus peregrini. Cum
 ergo exiim⁹ patriā nostram ista ve/
 stimenta fuerūt noua. et similiter ista
 calciamēta iste panis fuit nou⁹. Ecce
 q̄ durus est istud vinū in fiasculis su
 it recens. ecce factū est acetum Tunc
 ait iosue ex quo estis peregrini pacem
 habere debetis. et sic pcepit q̄ null⁹
 eos molestare deberet. et hoc fecerūt
 iudei. et alij qui nihilominus fuerunt
 saraceni. Sed heu miseri xpiani spo
 liant peregrinos et decipiunt eos. et
 isti iudei et gentiles sup illos testimo
 nium adducunt in die iudicij. **De**
pegrini et hospites sunt sup terrā
ne o primas eos. Tercio xpc fuit pe
regrin⁹ pro nobis in hoc exilio quo
ad vias. Peregrini namq; libenter
vadunt vias planas. sed xpc semper
ascendit mōtes et descendit. Descendit

namq; ab alto monte in vallem misere.
 vñ ait in ps. A summo celo egressio
 eius. Itē ascendit altū montem oli
 ueti baulans sibi crucem Jobis. Itē
 fecit magnū descensum videlicet ad
 limbū vbi captiuos liberavit. Itē fe
 cit magnum ascensum qñ ad celos a/
 scendit. Tñ apls xpc ascendit super
 omnes celos vt adimpleret omnia.
Quare ergo sic ascendit et descendit
et p diuersas vias hui⁹ mundi ambu
lauit. Certe ppter nos vt nobis viā
demonstraret. quia ipse ait. Ego sum
via veritas et vita. via q̄ non errās
veritas non fallens. et vita nō termi
nans et qui sequit me non errat. Sūt
em̄ quatuor que pegrinis viam ostē
dunt. Primum est ferri impressio: nam
qñ peregrini vadunt cum ferris bacu
lorū faciūt fixuras in via: vt sic sequē
tes recte vadant ita xps via recta fix
uras habuit in corpe suoꝝ vulnerū
cum ferris in fixas. quas quibet paci
ens in tribulatione sequit per viam
rectam patientie que ducit ad patriā
Secundū quod ostendit viam pere
grinis est palmarū reflectio vel ramo
rum iuxta viam: Ita spinea corona
nobis ostendit viā rectam per humi
litate. Omnis em̄ supbus caput su
umerigens et coronans debet atten
dere coronā xpi et accipe humilitatē
que est via recta. Tercium quod ostē
dit viam rectam pegrinis est lapidū
congregatio. quia in vijs ad romam
pegrini magnos acervos lapidum
ponunt iuxta rectam viam. vt sequē
tes viam et ignorantes sequūtur vi
am rectam. Ita quemlibet pegrinū
ambulante debet ducere christi la
pidatio pro iusticia vt patet in euan/

Sermo.

